



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis est recurrendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

rum, quas ad venerabilem fratrem nostrum Herefordensem episcopum, & dilectum filium nostrum Ma. Vac. impetrasse dicuntur, absque cessatione fatigant, proponentes quod fuerit filius eius, qui ante eum in ecclesia proximo ministravit, cum tamen pater eius sacerdos non fuerit, & decretum nostrum sit dumtaxat contra filios sacerdotum promulgatum. Quoniam ergo constitutiones nouæ futuris dant formam negotiis, fraternitati vestræ, &c. quatenus si memoratum presbyterum diutius ante Concilium Turo-nense præscriptam ecclesiam tenuisse constiterit, si alias idoneus extiterit, eum ab impetitione monachorum subla-to appellationis remedio, absoluatis, non obstantibus lite-ris contra ipsum impetratis, eo quod fuerit filius eius in eadem proximo ministrans.

Constitu-
tiones no-
uas futuris
dare formã
negotiiis.

C A P. III. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

De hoc autem, quod circa finem literarum tuarum consulere voluisti, quid debeat obseruari, cum inter alios sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter quod alter proponit: hoc tuam volumus discretionem tenere, quoniam inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi, ad id faciendum scientia sint idonei & ætate: quo cognito, si alter aliter intellexerit, quam alter proposuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vter-que verba prolata in eo sensu recipere, quem solent re-cte intelligentibus generare.

Pars capituli,
Ex literis
quas super
causa. Supra
de sponsali-
bus.

In dubiis ad
communem
intelligen-
tiam recurri
deberet.

C A P. IV. *Idem abbati & fratribus de Riual.*

Cum ordinem Cistertiensem professi, eo quod priuilegio quo fratres alii gaudeatis, inter vos & clericos sæculares super decimis quæstione suborta, tacitoque quod sitis ordinis Cistertiensis, contra vos velut in monachos alterius ordinis, literas ab apostolica sede impetrantes, dein iuramentum litibus, sicut vobis significantibus accepimus, & expensis difficillimis inquietant: volentes ergo sollicitè vobis prouidere, ne contra tenorem priuilegiorum vestrorum possitis quorumlibet temeritate vexari, auctoritate apostolica vobis indulgemus, vt si contra vos super decimis vel aliis qua ordini vestro specialiter apostolica sedes indulsit, non facta mentione Cistertiensis ordinis, literæ